



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Textus dominice passionis ex quattuor euangelistis**

**Jacobus, Magdalius**

**Colonie, 1503**

**VD16 B 4679**

Veritatis inuestigatio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30846**



## Decas.

mei utiq; decertaret ut non traderet iudeis. Nunc regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati. Quis ergo est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pilatus. Quid est veritas?

**Figura** Hicipleus qui habet Hieremiam 37. ubi legitur quod rex Sedechias mittens tulit Hieremiam et interrogavit eum in domo sua abscondite de aliquo quaestione dignis. Et accepit responsum rex a Hieremia. **¶ Mystice** Sedechias qui interpretatur iustificatus dominum est pilatus qui spiritus christi natus est iustificare. Hieremias autem interpretatur excelsus domino et fecit christum a deo patre propter suam humilitate exaltatum. ad phil. ij. Exaltauit illum et dedit illi nomen. quod est super omne nomen. Sicut ergo Sedechias seorsum assumpsit Hieremiam pro veritate indaganda. ita Pilatus seorsum a turba secrevit iesum.

**Exeuntis pretestatio.** Et cum hoc dixisset iterum exiit ad iudeos.

At autem pilatus ad principes sacerdotum et turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebant dicentes. Comouit populum docens per vniuersam iudeam. incipiens a galilea usque huc.

**Figura** Hicipleus qui habet sedem Baccab. iij. ubi legitur quod aliquid ex iudeis venerunt ad quendam regem gentilem percuratores et instatores pro destructione templi et spoliatio eiusdem. Heliodorus autem gentilis. postquam ceperat scrutari templum hierosolymitanum et erratum eius ita edocuit in eo ut exiens pro testaretur. omnes eos propter aegritudinem quam despoliatio et destructionem inducere conati sunt. **¶ Mystice.** Templum dei et erratum eius est christus iesus. vnde Joannis secundo. Soluite templum hoc et in triduo excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Corpus ergo eius templum est. Erratum autem anima eius. Nam in ea omnes thesauri sapientie et scientie dei sunt absconditi. ad Colos. ij. Heliodorus gentilis est pilatus qui hoc erratum tetrauit per scrutari dicendo. quid est veritas etc. et informat a christo exiit proclamans se nihil in eo repere cause ut patuit.

## Tercia decas.

**Licentiatória remissio.** Pilatus autem audiens galileus. interrogavit si homo galileus esset. Et ut cognouit quod de herodis parte esset. remisit eum ad Herodem qui et ipse hierosolymis erat illis diebus.

**Figura** Hicipleus qui habet originali primi regum. vii. ubi legitur quod philistinis remiserunt arcam domini quam a iudeis acceperant prius in bethsames ad terram iudeorum. **¶ Mystice.** Arca in qua erat vna aurea manna plena est humanitas christi. in qua erat manna sue diuinitatis absconditum cum sua mundissima anima. Hanc gentiles a pilato et sui a iudeis primum receptam remisit.

B ij